

exercitu ultrò undequare supplices se illi offerant, deditaque. Verum ubi propè ad singula vestigia insistendum, explicandi ordines, expedienda tela, conferendæ cum hoste manus, atque omnia ubique apud adversarios desperationis ultimæ plena sunt, quæ nullum est difficultus atque pertinacius malum, neque quisquam omnium, nisi ipsa morte, depeccisci vult, longa profecto, et laboriosa expeditio sit necesse est.

Quod porrò additur, omnes ceperunt bello, qui potest verum esse? quando needum sub iudicibus aut regibus capti omnes Chananeorum civitates fuere à Iudeis? Hunc nodum sic dissolvit Augustinus, omnes esse capti per vim, ad quas Josua cum armis accessit, aut omnes, quæ sunt supra commemoratae. Ceterum nonnunquam Hevei Gabaonis incole, quia, quod ante diximus, plurimi fuere alii Hevei.

VERS. 20. — QUAIA DOMINO ERAIT, UT OBFRMANT COR SUUM, etc. Offermandi verbum hoc loco, est modi infiniti, פְּנִיר, qui modus quoniam neque personis, neque numeris distinguuntur, redditus est à Septuag. et eos imitato Latino, per patiendi verbum. Est enim anceps per se oratio, Deusne cor Israelitarum, an verò ipsi suum obfrimerint. Et sane utruvis rectè dicitur. Legimus enim in Exodo, Dominum obfirmasse cor Egyptiorum. Et in Deuteronomio, Dominum obstinasse spiritum Schonis, et obfirmasse cor ipsius, ut eum traduceret in manus Israelis. Rursus alibi scriptum est, Pharaonem obstinavisse cor suum. Sed nihil attinet plura adjungere exempla, sunt enim utriusque formule loquendi multa in sacris litteris; unde confidetur, perinde esse, sive à se, sive à Deo ipso obstinari homines dicantur; utrumque enim fit, quando ipsi suis flagitiis, atque improba voluntate, qui divinis legibus parere recusant, easque petulantiter perfringere pergit, cum contumaciam, quam duritatem appellant sacra litteræ, sibi promerentur, tanquam scleribus suis dignam penam: illorum autem flagitorum faciendorum libido, ex Dei lenitate atque patientiæ nascitur, quibus isti non ad peccandi licentiam, sed ad resipiscendi occasionem uti debelant. Ego vero mē interpretatione causam in homines vertere manū, ut aptiā divinam justitiam, in illiusmodi pravitatis animorum, tuerer. Neque enim eam illi magis dici autor debet, quā magistratus suppliciorum, quibus sōtes, ob sua

peccata, condemnant plectuntque, aut quā benignus, et lenis herus, angescens in servo improbitatis, pro quā tandem penam ab illo meritam sumit. Sed adscribam dii Basilius verba, ut certè ea latine consequi potero; quibus ille mihi videtur rem istam, strictim quidem, sed luculententer tamē, dixisse. « Obstinat, inquit, Pharaonem Deus, cùm per longam hujus patiētiam, et supplicii procrastinationem illius flagitia augescerent, ut tandem, ubi ad ultimum terminum excrevissent ejus peccata, illustrius fieret divinum, quo perituras eset, iudicium. Haec cùm à minoribz progressus flagelli Deus, majoribz atque majoribus eum plectre pergeret, neque emolliret tamē obstinatum, comperit patientię lenitatisque sue illum esse contemptorem, atque ipso usu adversus plaga occulauisse. Et tamen ne sic quidem morte ipsum mulcavit, donec se ipse submergeret, cùm ausus esset præ superbia, cùdem quā justi, insistere viā, atque existimasset, ut Dei populo, et sibi pervium fore Rubrum mare. » Hec ferè Basilius, et multa insuper alia in eandem sententiam divinæ scripsit, oratione cā, quā docuit, Deum non esse causam malorum. Et plura etiam divus Augustinus, cùm multis in locis strictim, tūm copiosissimè libro de Prædestinatione et Gratia. Illos autores probatissimos audiat, qui plura de istā animorum obstinatione requirunt. Ego enim semel sic statui, ea quæ ad divinam pertinent prædestinationem, ut vocatur à theologis, quia abstrusa sunt in profundo sapientiae et cognitionis Dei, teste Paulo ad Romanos, et aquitare quādam occulissima, atque ab humāna intelligentiā remotissima dispensantur, ut scriptis Augustinus, prœcul religiosè et submissè adoranda, non autem curiosioribus mentis oculis investiganda nobis esse, ne eum insolenti ingenii confidentiā accedere conantes propiū, in barathrum erroris absorbant. Quod nostra memoria evenisse viris aliquo, docilissimū vide video. Sed nihil attinet quemquam nominare. Ipse enim illa horrēntes voces quas edidere in Ecclœst Dei, satis eos produnt.

Sed ut ad sacra verba revertar, existimandum est Chananeos nequādam per Dei præscientiam, ut sic dicam, aut illo colesti pulsadotus esse ad illam animorum suorum pravitatem, aut, ut vocamus, duritatem et obstinationem, sed sponte ipsos per sua sceleria obfirmasse sibi animos, ut merito justoque Dei iudicio non resipiscerent, cùm ipsorum tantò

aliūs radices ageret impieas, quantò divina lenitas diutius penas meritas differret. Atque hanc immiedibilis pravitatis naturam scitā figurā expressi Zacharias vates, dum ei plumbum in ore massam posuit, ut que suopte pondere aliūs atque aliūs sidit, mergiturque. Non solum ergo justam, sed etiam evidenter justam, ut loquitur Augustinus, penam de illorum peccatis sumebat Deus, que ultra quartam jam generationem maturerant, neque diutius ferenda erant, cum illa melioris vitæ spe. Et tamen non ita sumebat libenter, ut non, pro aeternā sua misericordia, locum concederet penitentie, quod exemplis rationibus sat, opinor, antehoc ostendimus. Cordis verbum, pro mente, ut sapere alia, positum est. Nam versiculi totus sensus est, nullos Chananeos deditiōnem fecisse, præter solos Heveos Gabaonitas; nam divino iudicio factum esse, ut omnes obstinatissimis animis perseverant bellando adversus Israelitas, quo ab his stirpibus exciderintur, absque illa miseratione, quā solemus non erga repugnantes, sed supplices commoveri. Sed quia de innumerabilibz hominum cæde agitur, rursus à crudelitatis suspicione vindicantur Israelitez, cùm additur clausula: *Sicut mandarat Dominus Mosis*, q. d., nullam eos in ista tantā carnificinā exercuisse iracundiam, aut crudelitatem in Chananeis, sed Dei iussa executos esse, quæ a Mose accepterant.

Movet hoc loco Augustinus questionem, quid opus fuerit Chananeos sui pervicacia omnem à se misericordiam avertire, ut extitum, quo prorsus deterrentur, sibi accercent, quando, ut maximè fuisse supplices, tamē lege divinā, erant exterminandi. — Deinde respondet, fas quidem non fuisse, ut illis miseris parentem? Ceterum quod converti, gigantes, est hebreæ, בָּנֵי גִּגְּאנְטֶס; quo verbo, à cadendo, ut videtur, dicto, vocantur etiam in lib. de rerum Ortu, ista naturæ monstra. Et hanc sciā non idem sint, quos Ennius dixit, Cicero teste, Cascos esse à priscis vocatos. Constat enim antiquitatem multa ex sacris litteris compilasse. Judei בָּנֵי גִּגְּאנְטֶס, dictos esse scribunt, quod, ut violenta tempestate labes et calamitas fit in segetibus, ita in hominum cœtibus strages faciunt, quod sanè consentaneum relationi speculatorum est, qui narrant, cūm de hoc hominum genere verba faciunt, terram suos vorare incolas. Atque ob hanc quoque causam, ut Judæi placet, idem vocabantur בָּנֵי גִּגְּאנְטֶס, quasi terrores dicas, cūm essent exteris hominibus formidabiles. Sed בָּנֵי גִּגְּאנְטֶס ego certè appellatos esse existimo, quod quasi inferi, in antris, in cavernis sub terra habitarent plerique eorum. Incepta enim est antiphrasis, quæ quidam commenti sunt. Sed de his mox plura.

Ceterum gigantes istos potissimum eos montes obtinuisse, qui circa Hebronem existent, disertè referunt illi, quos nuper diebām, speculatores. Et prodiit sacra historiā est, ipsos à posteris Loth, atque etiam Esai pulsos inde aliquando fuisse. In illis iugiter locis

etiamnum progenies reliqua erat, et præterea in aliis quoque per Chanaanæam, montosis præsertim, quam nunc memoratur novâ expeditione profigâsse Josua. Etsi enim ante per universam Chanaanæam cum exercitu longè latèque eset grassatus, eumque omnibus incusisset metu barbaris, ut mutire amplius nemo auderet, tamen credibile est, immanes illas belluas potius quam homines, iterum ad res novas animum adieceris, et diversi locis, in quibus sua latibula habent, ostentare jam denou se copisse, ut reprimendi videntur, et partitionem terre mox novis motibus impeditant. Quanquam si quis opinari malit, duos istos versiculos, collarium contineat maximarum duarum expeditionum, quæ hoc et superiore capite sunt enarrata, easque historias hoc velut auctario, de fortissimis etiam gigantibus à Josuâ exterminatis absolvi modò, is me sibi faciem adstipulatorum est habiturus.

Quod porrò Calebus, ut capite 14 et 15 audiens, sibi Hebronis moutem, quasi etiam cum integrum atque intactum ab armis Israelitarum, deposit, atque gigantes inde ejicet, ut etiam è Dabir Othoniel, id cum hac narratione non pugnat. Nam ille Caleb et Othonielis victoria, post Josuâ demum contigere exessum, quantum certè ex Judicium historiâ apparet. Et hanc opinionem habent etiam RR. Salomon, et Levi F. Gersonis. Inter ea verisimile est, gentem illam ferociissimam, cùm ante, parum in suis antris abditâ, alli in vicinas urbes Gazam, Geth, Azotum profugi, manus Josue evasissent, denou illas majorum suorum sedes occupasse, et ad res novas alios sollicitasse, donec tandem à Calebo, post Josue obiit, sunt prorsus detulit. Existimat quidem R. David Kimhi, Calebum id, etiam tum vivo Josuâ, gessisse, cùm Judaica tribus suam hereditatem crevisset, et ipse duobus Hebreo donatus fuisset. Ei autem, et tribubus ipsius, præ ceteris Israelitæ, victoriam illam adscribi, quia illi major studio in id ocellum incubuerint, cùm sua ipsorum res ageretur maximè. Ille verò Josue etiam, ut imperatori, attribui, cuius auctoritate res esset gesta. Et huic assentitur etiam R. Isaías. Interpretanturque isti, qui hanc habent opinionem, illa que in Judicibus scripta sunt verba, in tempore præteritus plus quam perfectum, ut vocant grammatici: perrexerat Iuda ad Chanaanæam habitantem Hebreos; percuesserat Sessi; dixerat Calebus; ceperat Othoniel, atque ita cetera, usque dum memoratur Judas cum Simone profectus con-

tra Gazam esse. Sed demos sanctis istis, Calebūm cum suis tribubus, ex Hebreo, Othonielem ex Dabir, exterminasse gigantes, ut scriptum est in Judicibus, etiam tum superstite Josuâ atque imperante, quid, queso, facient de ceteris locis, que hic memorantur, Anab, monte Israel, universa denique terrâ filiorum Israel? An ista etiam ad illam Judicum narrationem pertinere dicunt? Ad hoc, liber Judicium prodit, mortuo Josuâ consultum esse oraculum Dei, quæ tribus prima adversus barbaros exire debet. Cumque ex opere colesti resonposum esset, Iudaicam debere bellum auspiciari, hanc cum sociâ Simeonitica primum invassisse regem Adonibesec, deinceps urbem Jerusalem; mox descendisse ad meridiem versis, atque Hebronem contendisse infestis armis; ibique tres illos gigantes occidisse; Othonielem vero suâ virtute cepisse Dabiram, inde unâ profectos Sephat, occidisse ejus loci habitatores Chanaonæ; deinceps cepisse Gazam, Ascalonem, Accaronem. Quæ universa narratio, cùm pulchro tenore procedat, ipseque locorum situs optimè rebus ex ordine gestis respondeat, non potest profecto non ineptum videri, ipsam diversi temporis verbis interrumpere. Huc etiam illi adeo possunt, quod isti, post debellatum regem Adonibesec, et captiam Jerusalem, memorantur in Judicium historiâ, Hebronem esse profecti, rex autem Adonibesecus nequissimus inter eos enumeratur, quos vicit Josuâ; quidque Gazam expugnârunt, quam presens locus, quem tractamus, non esse captam à Josuâ, apertè ostendit. Quod si verò etiam auctoritate pugnanciæ est, certè D. Augustinus mecum facit. Censem enim illam Calebæ de Hebreis gigantibus victoriam, in Josue quidem libre, μετὰ πρόσωφον, et in Judicibus, suo tempore, locoque narrari. Observandum est autem, Ἰακώbos est moatus, non etiam valibus aut campis ejectis dici. Quippe hominum genus ab omni humano alienum, et, ut est credibile ex his que speculatores retulisse nuper dicebam, οὐ πρόσωπον, montes potissimum, ferarum in morem, habitat, in quibus cuniculos sibi effodiebat, quales in campus fieri non patitur humor. Unde Homerus de simili hominum genere canens, Cyclopes scilicet et Centauros montium incolas feras appellat. Quod si autem in valibus quibusdam etiam manebant Ἰακώbei, aut campus, quales videntur fuisse, qui falcati curribus sese adversi Judeos defendebant, in Judicium historiâ, existimandum est, hic monitum modo, non etiam summissiorum locorum,

mentionem esse, quia illorum pars maxima versabatur in montibus. Aut divino nutu præteritos esse quosdam à Josuâ, qui aliquando molesti populo Israeliticó essent, ne is nimio otio Dei sui oblisceretur, atque in omne viatum esse dederat. Aut denique, illos, qui in Gaza, Geth, Azoto se servabant, post in valles illas misisse colonias. Ceterum quod est in sacro textu, è monte, complectiunt universè ea quæ deinceps specialiter enumerantur, loca, Hebronem, Dabir, Anab; hec enim ferè loca sunt, quæ ἀπονοῦν vocat Lucas. Paulò etiam amplius patet illud, ex omni monte Iudea: omnes enim illos montes significat, qui in ea Palestine parte usquâ sunt, quæ ab Jerusalem ad austrum jacet. De monte Israel supra sita multa diximus. De Hebron quoque, et Dabir, pauca, et erit de istis urbibus alii rursus dicendum. At Anab locatur ab Eusebii libro de Locis hebr. quarto, aut ut alios censere dicit, octavo lapide à Diopoli, hoc est, Lydda, ad orientem versus, ejusque urbis representare ait ubi vestigia, ait, villulum nominatum Beth-Anaham. Ex quæ ego descriptione conjicerem probabiliter mihi video, sandom unam fuisse urbem, quæ primùm Anab, deinde verò καὶ ἀπονοῦν, Nob vocata sit. Nam nostri homines, qui illa loca peragrârunt, religionis causa, prolderunt memorie, Nob dici nunc vulgo Bethanobœ, et Bethanopolis, sitamque eam esse in declivi montis enjusdam, et illi qui ab Iope Jerusalymam petunt, apparere à dextris, cùm non prouel à sinistrâ Lydda conspiciendam offert, hoc est, Diopolis.

Porrò illud, unde cum suis urbibus delerit ipsos dissidentes esse videtur ei quod modò dicebatur, unam Asorem inter hostiles urbes esse deletam, in istâ expeditione. Atqui responderi potest, hanc adversi, Ἰακώbeos novam fuisse expeditiōnem, que paulò post alteram fuerit suscepta, aut Ἰακώbeos urbes, utpote à fortissimis defensas viris, non nisi subversis monib⁹ capi potuisse, ideoque deletas esse. In eam enim sententiam interpretari quosdam illa, de sola Asore crenata, verba, monebam. Quin hoc quoque dici potest, vocabulum, Καί, hic non urbes, sed civitates significare, Ἰακώbeosque cum suis civitatibus, in quibus dominatum habebant, perditas esse. Tres urbes, Gaza, Geth, et Azotus, maritimæ fuisse. Et de Gazâ quidem que proximè versus Ἀgyptum posita erat, supra disseveruimus. Geth autem, sunt qui Plini Gettam esse censem. Verum cum ille hanc locet iuxta Carmeli promoto-

par, id autem est, ducentorum stadiorum. Sed Azotus, ut minus mireris, introrsum à mari recedebat. Ascalon autem in mari extabat littore. Est autem Azotus recepta arcā Dei nobilitata urbs. Et Philippos cùm Eunuchum christiano lavacro tinisset, in hanc urbem deportatus est ab angelis, unde mari littus propè relegens, Cesaream Palastinam pervenit, et inde in Samaram est reversus, ex quā primū subtulatus fuerat. Sed de istis uribus nunc haec sunt, plura cap. 15, si volet Deus.

VERS. 25. — ITAQUE ACCEPIT JOSUA UNIVERSAM TERRAM, SECUNDUM OMNIA, etc. Contine iste versiculus epilogum omnium adhuc actionum à Josuā, et simul argumentum eorum que deinceps agentur. Fuisse quidem magnam Chanaanę partem reliquam, neque adhuc subactam à Josuā dicter capitū decimi tertii initio. Sed Ile, per synecdochen, omnem eripat, hoc est, et montosam, et planam, et devexam, sive valles, et apicam, vel catenus omnem sibi subegerat, ut nemo esset reliquus quāquam

CAPUT XII.

1. III sunt reges quos percusserunt filii Israel, et possederunt terram eorum trans Jordanem ad solis ortum, à torrente Arnon usque ad montem Hermon, et omnem orientalem plagam quae respicit solitudinem.

2. Sehon, rex Amorřeorum, qui habitavit in Hesebon, dominatus est ab Aroer, que sita est super ripam torrentis Arnon, et mediae parti in valle, dimidiae Galad, usque ad torrentem Jaboc, qui est terminus filiorum Ammon;

3. Et à solitudine usque ad mare Cœneroth contra orientem, et usque ad mare deserti, quod est mare salsissimum, ad orientalem plagam per viam que dicit Bethsimoth; et ab australi parte, que subiacet Asedoth, Phasga.

4. Terminus Og regis Basan, de reliquo Raphaim, qui habitavit in Astaroth et in Edrai, et dominatus est in monte Hermon et in Salechā atque in universā Basan, usque ad terminos

5. Gessuri, de Machati et dimidiae partis Galada, terminos Schon, regis Hesebon.

adversarius, qui motis armis distributionem fieri prohibere posset, hoc enim versiculi clausula significare videtur, his verbis : *Et quievit terra à bello*, q. d. Nullæ usquam hostiles conspirationes aut motus per universam terram audiebantur amplius, ut jam nulli metuendi viderentur, qui dividende hereditatis otium interpellarent. Et sane credibile est, cum quosdam superstites, et tanquam integros manere voluissest Deus, qui olim flagitiosa Israëlitarum otia bellis factis interruperent, sic divinitus comparatum fuisse Josue animum, ut illos ante partitionem excidere non esse opus existimat, itaque omnia ubique jam fuisse tranquilla. Quod ego dixi, secundum distributiones, id Latinus non satis apertè interpretatus esse videtur, secundum partes. Neque enim Josua singulis viris, sed tribubus suas assignavit portiones, sive, ipsiis Israëlitis, pro tribu, in quā quisque censebatur, dedit hereditatem.

CHAPITRE XII.

1. Voici les rois que les enfants d'Israël défirent, et dont ils posséderent le pays au-delà du Jourdain, vers l'orient, depuis le torrent d'Arnon, au midi, jusqu'au mont Hermon, vers le septentrion, et toute la contrée orientale qui regarde le désert ou les plaines de Moab.

2. Sébon, roi des Amorhéens, qui demeurait à Hésébon, et régnait depuis Aroë, qui est situé sur le bord du torrent d'Arnon, depuis le milieu de la vallée où coule ce torrent, et la moitié de Galad, jusqu'au torrent de Jaboc, qui fait les limites des enfants d'Ammon du côté de l'occident;

3. Et depuis le désert jusqu'à la mer de Cœneroth, vers l'orient du Jourdain, et jusqu'à la mer du désert, qui est la mer salée ou la mer Morta, vers l'orient du même fleuve, le long du chemin qui mène à Bethsimoth, et du côté du midi, depuis la plaine qui est au-dessous d'Asédoth jusqu'à la montagne de Phasga.

4. Le royaume d'Og, roi de Basan, qui était des restes des géants, et qui demeurait à Astaroth et à Edrai, s'étendait depuis la montagne d'Hermon, située au nord, et depuis Salecha et tout le territoire de Basan, jusqu'aux confins

5. De Gessuri, de Machati, et de la moitié de Galad, qui étaient les bornes de Séhon, roi d'Hésébon,

6. Moyses, famulus Domini, et filii Israel percusserunt eos, tradiditque terram eorum Moyses in possessionem Rubenitum et Gaditum et dimidiae tribui Manasse.

7. Hi sunt reges terræ quos percussit Josue et filii Israel trans Jordanem, ad occidentalem plagam, à Baalgad, in campo Libani, usque ad montem cuius pars ascendit in Seir; tradiditque eam Josue in possessionem tribubus Israel, singulis partes suas,

8. Tam in montanis quam in planis atque campestribus. In Asedoth et in soliditudine ac in meride, Hethæus fuit et Amorrah, Chanaaneus et Pherezæus, Hevæus et Jebusæus.

9. Rex Jericho unus; rex Hai quo est ex latere Bethel, unus;

10. Rex Jerusalem unus; rex Hebron unus;

11. Rex Jerimoth unus; rex Lachis unus;

12. Rex Eglon unus; rex Gazer unus;

13. Rex Dabir unus; rex Gader unus;

14. Rex Herma unus; rex Hered unus;

15. Rex Lebna unus; rex Odullam unus;

16. Rex Macea unus; rex Bethel unus;

17. Rex Taphua unus; rex Opher unus;

18. Rex Aphec unus; rex Saron unus;

19. Rex Madon unus; rex Asor unus;

20. Rex Semeron unus; rex Achsaph unus;

21. Rex Thenac unus; rex Mageddo unus;

22. Rex Cades unus; rex Jachanan Carmeli unus;

23. Rex Dor et provincie Dor unus; rex gentium Galgal unus;

24. Rex Thersa unus; omnes reges triginta unus.

6. Moïse, serviteur du Seigneur, et les enfants d'Israël défirent ces rois; et Moïse donna leur pays à la tribu de Ruben, à celle de Gad et à la demi-tribu de Manassé, afin qu'elles s'y établissent.

7. Voici ensuite les rois que Josué et les enfants d'Israël défirent dans le pays en-deçà du Jourdain, du côté de l'occident, depuis Baalgad, dans la campagne du Liban, jusqu'à la montagne dont une partie s'élève vers Seir; lequel pays Josué donna aux tribus d'Israël afin que chacun en possédât la part qui lui serait échue,

8. Tant dans le pays des montagnes que dans la plaine et dans la campagne; car les Héthéens, les Amorhéens, les Chananéens, les Phérézéens, les Hévéens et les Jébuséens habitaient non-seulement dans les montagnes, mais aussi dans Asédoth, c'est-à-dire dans les vallons et les lieux cultivés, dans le désert et vers le midi.

9. Il y avait un roi de Jéricho, un roi de Hai, qui est à côté de Béthel,

10. Un roi de Jérusalem, un roi d'Hébron,

11. Un roi de Jérimoth, un roi de Lachis,

12. Un roi d'Eglon, un roi de Gazer,

13. Un roi de Dabir, un roi de Gader,

14. Un roi d'Herma, un roi d'Hérod,

15. Un roi de Lebna, un roi d'Odullam,

16. Un roi de Macéda, un roi de Béthel,

17. Un roi de Taphua, un roi d'Ophe,

18. Un roi d'Aphec, un roi de Saron,

19. Un roi de Madon, un roi d'Asor,

20. Un roi de Sémeron, un roi d'Achsaph,

21. Un roi de Thénac, un roi de Mageddo,

22. Un roi de Cadès, un roi de Jachanan du Carmel,

23. Un roi de Dor et de la province de Dor, un roi des nations de Galgal,

24. Un roi de Thersa; il y avait en tous trente-un rois, qui furent défaits sous la conduite de Josué, par les enfants d'Israël.